

## ANTELOQUIUM XX.

Titulus Bibliothecæ Mexicanæ aperitur, & ab objectionibus vindicatur.

**C**UM novus Orbis duas, ut vulgo dicimus, complectatur Americas, Mexicanam, quæ Borealis est, & Peruanam seu Meridionalem, hanc intactam in Bibliotheca nostra dimittimus multis de causis. Principio quidem, quòd cum Alonensis Decanus, qui ut Opus aggredere-mur occasionem præstitit, Mexicanos signatim stylo confoderit, & infectatus fuerit, ipsos pariter vindicaremus æquum existimavimus. Tum etiam quòd Bibliotheca adornari Peruana ab homine Mexici constituto, etiam eruditissimo, sperari non possit, longe à nobis positus non manu exaratis solum Operibus, quæ non ambigimus esse plurima atque doctissima, verùm etiam quæ sint typis commissa, ad Mexiceas oras, rarò delatis, obsistente immanissimâ locorum distantia, & infrequenti commercio navium, quæ vix annuatim ad Goatemalenses Portus apellunt multis itidem spatij ab Urbe Mexicea distantes. Postrema, aliàsque primaria causa est, Peruanorum feracitas ingeniorum, frequentiaque eruditissimorum, quibus floret ac vernat America illa, Virorum, à quæis non locupletior tantùm, sed ornatior etiam & elegantior Bibliotheca speramus prodeat, quæ cedro quidem digna Opera exhibeat, & cum litteratis Europæ cæterisque communicet. *Bibliothecam* itaque

existimus Mexicanam sive eruditorum Historiam Virorum, qui in America Boreali nati, vel alibi geniti, in ipsam Domicilio aut Studijs asciti, quavis lingua scripto aliquid tradiderunt. Eorum præsertim qui pro Fide Catholica & Pietate ampliandâ fovendâque, egregie factis & quibusvis, Scriptis floruerunt editis aut ineditis. Mexicanam cur dixerimus Bibliothecam istam titulus ipse docet & geographicus usus, qui Americam Septentrionalem, ab Urbe ejus Primaria & Inclytâ, Mexicanam appellat, cui servientes nos usui, Scriptores datuti in America Boreali florentes, sub Mexicana Bibliotheca conclusos exhibere conamur; in qua Cataquenses itidem designabimus, cætera ad Meridionalem seu Peruanam Americam spectantes, in Geographia tamen Politica & Ecclesiastica Mexiceis adscriptos, quorum Diœcesis una est è suffraganeis Ecclesiæ Hispaniolensis seu Fani S. Dominici. Carolinam, Virgineam, novam Angliam, Luyfianam, Canadam seu novam Galliam ab exteris Principibus viris possessas, ferè tacitas prætermittimus, cum quibus perrarum aut nullum habemus commercium, protereaque Libros in hisce, Septentrionalis licet Americæ, partibus scriptos, vix non omnes penitus ignoramus. Latet tamen nos minimè, & ab incolis & ab accolis earum, litteras etiam haudquaquam neglectas. Habemus enim Hispanice versam Mexici & typis excusam à P. Joanne de Urtafium S. J. Vitam Catharinæ Tekakobitæ Indæ Iroqueciana, Gallicè editam à P. Francisco Colonec ejusdem Societatis, nec alia, rara quamvis, id genus monumenta deficiunt. Legimus etiam apud Acta eruditorum anno 1724. publicata

Lipsiæ pag. 183 Historiam rerum in America Septentrionali per Gallos gestarum, Authore Debaqueville de la Porcherie Gallicè editam tomis quatuor Parisiis apud Johannem Lucam Nion & Franciscum Didot 1722, in 12, cujus Hist. specimena dantur Lipsiensis ita habent. *Author hujus historie natus in Guadelupa Insula ex Americanis & Antillis una cum suis Expeditionibus, quibus in Septentrionali America interfuit, describens, subinde veterum Poetarum Latino-Jurum flores insperat, ne nescij esemus scilicet, etiam in ipsa America scholas, quas vocant, humanitatis apertas esse. Ita illi. Et Author quidem Americanus haud frustra flores illos inseruit credimus, amenioris litteraturæ in America etiam vernantis indices Europæis futuros nonnullis, Emmanueli Martino simillimis, qui Eruditionem & Scientias florere posse nunquam extra Scholas suas existimare videntur quos Peruanus Clarissimus D. D. F. Gaspar de Villarroel Augustinianus, Archiepiscopus Charcensis in Comm. Evang. 2. part. pag. 2541. verbis monitos voluit eximij Evangeliorum Interpretis Patris Joannis Maldonati Societatis JESU in illud Joannis cap. 7. *Quomodo hic litteras scit cum non didicerit ita scribentis: Sciabant Sacerdotes, Scribae, & Pharisei Scholas suas Puerum non frequentasse, eaque erant arrogantia ut existimarent, nihil extra Scholas suas litterarum esse posse. Cavendum ne nos Phariseis istis similes simus, neminem que putemus quicquam scire posse, nisi sub nostra fuerit seculi illas dolemusque juvenes succrescere, qui nescio unde repente emergentes ea sciunt, qua nos senes canaque Doctores capite, ignoramus. Jam verò cur in Bibliotheca Mexicana & natos apud Americam nostram Viros, &**

ali-

alibi genitos, atque Domicilio vel Studijs in ipsam ascitos comprehendimus, non una nobis ratio est. Nam & Alonensis Decanus una omnes calumniâ impetivit, & una eos omnes politica societas & respublica litteraria cunjugit, & quod caput est, Hispani in America geniti ut stirpem & genus ducimus ab Hispanis apud Europam natis, ab ipsis itidem litteras primum traximus & doctrinam, cum Universitati Mexicanensi condendæ operam dantibus, tum Religiosis Ordinibus constituendis, Fidei juxta ac Pietatis & Litterariæ quoque rei causâ. Aliarum etiam Nationum homines, quos vel studia in nostris Gymnasijs imbibita, vel perpetua aut longa apud nos commoratio Civitate donarunt, quibus etiam nominibus nostrates habentur geniti in Hispania permulti, nefas esset dimittere, aut minus splendide pertractare. Nec hoc absque exemplis facimus à præclaris Bibliothecarum Scriptoribus hausitis. Nam Historia litteraria Gallia, à Sant-Mauranis Benedictinis Orbi sapientum notissimis Viris edita anno 1733 in quarto magno, Eruditis è Gallica gente exteros etiam acceniet, dum quandam modò vitæ partem in Gallia exegerint, fatoque suo ibi sint functi, atque ex ea re Irenæi & Laëtantij rationem habet, omittis contra Athanasio, Hieronymo & alijs, haud diu satis inter Gallos commoratis. Bibliotheca item conditor Authorum Lugdunensium P. de Collonia, Societatis Jesu, anno 1736 editæ, propterea agit de Illustri Cancellario Joanne Gersono, quia & si Lugduni non natus, diu tamen ibi vixit. Hinc aliquos missos

facimus in Bibliotheca nostra, de rebus Americae nostrae praeclare scribentes, quos hospites potius habuimus quam cives, cetera de rebus Mexicanensibus benemeritos, ut P. Antonium Remesalium Dominicanum, cujus Historia Provinciae Ordinis sui apud Chiapam & Goatemalam nobis usui est. Nationem Scriptorum & Patriam, si quidem fieri poterit, indicabimus, quam multoties praeteritam faciemus, diligentiae nostrae subductam. Mexicanos Natione quos legeris, scito Hispanos esse in America natos, nisi conceptis verbis expressum videris ab Indis parentibus illos esse procreatos; ut propterea mirum Tibi non esse debeat, apud Bibliothecam nostram Mexicanos Natione dici hos ipsos, qui in alijs Bibliothecis Hispani dicuntur. Utrumque enim est vero credas. Hispani enim sunt, si genus spectes & sanguinem, quod Hispanis genitoribus usi; & insimul Mexicani Natione, quippe natale solum Mexicum habeant, aut Mexicam Americam. Jam vero quoniam tria praesertim à nonnullis notanda veremur in Bibliotheca nostra, eam ut ab hisce criminationibus vindicemus, paucis agamus. Primo quidem, vitio nobis vertent, non edita typis solum, sed etiam manu exarata Opera & Opuscula multoties in Bibliotheca recenseri. Secundo, de minutioribus quoque nos Scriptis sollicitos, operam in ipsis indicandis amittere. Tertio, multos nos esse in rebus Scriptorum christianis & religiosis commemorandis, fusiorique quam oportet calamo in eis enarrandis usos & efferendis. Haec porro in Bibliothecam nostram objienda, quoniam

niam jam pridem in alias à sapientissimis Viris conditas dicta fuere, & ab eisdem aut alijs gravissimis item Authoribus dissoluta & nihili facta, non est cur nos morentur. Quod enim ad manuscriptos Codices attinet referendos, exemplo nobis sunt omnes ferme qui Bibliothecas adornarunt Nationum, Ordinum, & quorumcumque Catuum: illos recensent D. Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispaniae nova; P. D. Marianus Armellini in Bibliotheca Benedictino-Casimensi; PP. Quetif & Echard. in Scriptoribus Ordinis Praedicatorum; P. F. Joannes à S. Antonio in Bibliotheca Franciscana. P. F. Martialis à S. Joanne Baptista in Bibliotheca Carmelitarum nudipedum; PP. Ribadeneira, & Alegambe in Bibliotheca Societatis Jesu, quos & si imitatus non fuerit ipsorum continuator P. Nathanael Sotuelus, causam adjecit vitandi nimiam operis molem, non quod Mss Opuscula suum in Bibliothecis locum haud mereantur & sedem; aliique permulti ab referendis id genus Codicibus abstinentes minime, quin propterea Eruditi viri in eorum Bibliothecis displiceant. Sistimus itaque lectoribus Mss. Libros aliquos, illos scilicet, vel quos laudatos ab Historiographis nostris habemus, vel quos ab Academicis tabularijs noscimus, vel quos traditione testibusque debemus; non quidem omnes, quoniam eos assequi, etiam molestissima adhibita diligentia, poterit nullus, coactique sumus ea nos abdicare provincia, optantes ut in posterum à diligentioribus edita locupletior accessionebus Bibliotheca Mexicana, lucem ulteriorem accipiat. Alterum vero caput criminationis, quod secun-

do diximus loco, minutiora tangit Opuscula im-  
merito, ut videtur, in Bibliothecam trahenda.  
Sed & ipsum non absimiliter ac primum evanes-  
cere remur, utimurque verbis Antonij Mongito-  
ris in Praefatione Bibliotheca Siculae circa finem,  
ita scribentis: *In nostrorum Scriptorum albo nonnullos in-  
ferui qui exigua molis Opellas edidere; Quos debita lau-  
de minime fraudandos putavi. Parva enim persape magnam  
complectuntur ingeniorum excellentiam, magnamque reddent  
pietatem; sicut enim aliquando (ex Plinio lib. 1. 1. cap. 2)  
rerum natura nusquam magis quam in minimis tota, ita  
non raro ingenij vis in minutioribus opellis tota elucere vi-  
detur. Sicut etiam summi Artificis est in exiguo opere artis in-  
dustriam ac elegantiam Myrmicidis ingenio exprimere, ita  
egregij ingenij laus in contractis lucubrationibus ingenium vo-  
luminum materiam perstringere. Nec sine exemplo id effi-  
cere statui, nam S. Hieronymus, S. Isidorus, Gennadius,  
Tribemius, Miraeus, Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasti-  
cis, Leo Allatus in Apibus Urbanis, Philippus Allegambe  
in Bibliotheca Societatis JESU, Nicolaus Antonius in Bi-  
bliotheca Hispana (quibus se clypeis etiam protegit D.  
Nicolaus Toppi in Bibliotheca Neapolitana) aliique  
plures inter Scriptores nonnullos recensent, qui vel Epistolam, vel  
Carmina per pauca, aliaque per parvula edidere, quasi ipsis  
dixisset Dominus: Colligite fragmenta, ne pereant. At mul-  
tos fateor, qui parvi momenti libellos, vel versiculos ali-  
quot typis tradidero, nec alia scripsisse comperi, libenter ne-  
glexi. Haec ille, cujus sententia laudatus supra Ma-  
rianus Armelini in Praemonitione sua Bibliothecae  
partim repugnans subjungit: At ego ne hos quidem  
negligendos, aut omittendos putavi, nam in ipsis etiam par-  
vi momenti libellis, esto insipidi alicui videri possint, salis ali-*  
ob

quid

quid ac utilitatis vel ad Historiam pertinens persape inesse  
animadvertensum est; Ut enim (inquit M. Varro in lege Me-  
nia) in bona segete neque nullum est spicum nequam, ita  
in mala non aliquod bonum... Praesertim cum Scriptorum ali-  
qui illos recenseant inter quos Ja. Cinellus ex hujusmodi  
Opellis & minimis etiam lucubrationibus; ne dum ex me-  
lioris notae opusculis Volantem Bibliothecam magna nominis  
sui celebritate, nec minori Litteraria Republica emolumento  
conflavit. Astipulantur probatissimi Authores Jo. Gerardus Vo-  
sius... Bernardus item Paz in Conspectu Bibliotheca Bene-  
dictinae generalis &c. Nos autem prioris nominati lo-  
co Mongitorij sensui adherentes, plurimos certe  
etiam typis excussos libellos praeteritos facimus,  
quibus (absit jaectantia verbis) Volumen integrum  
repleremus, nam, quae dicimus, Novendialia pia  
tot sunt edita, ut non a vero absint qui mille ea  
dicunt. Abstinuimus ab hisce narrandis, vixque ab  
uno altero ve Authore profecta indicamus, quae mul-  
ta sunt numero, aut majoris operae Scriptis junctae.

Postremo ex objectis capiti satis, ut faciamus  
est reliquum, fusiorisque nostri sermonis in enar-  
randis nonnunquam Scriptorum gestis atque vir-  
tutibus rationem demus. Alia porro quamvis non  
suppererent nobis momenta, sat superque habe-  
remus exemplar, quod multi ex laudatis celebratis-  
simis Bibliothecarum Scriptoribus coram exhibenti  
Sive enim Ribadeneiram, Alegambium, & Sorue-  
llium consulas, multoties late res christianae ac re-  
ligiosae gestas ab Scriptoribus Societatis accipies,  
sive Quetif & Echard adeas, invenies similibus  
enarratas praecelas Dominicanorum Authorum vir-  
tutes; sive Nicolaum Antonium & alios legas, una

sicob

35

cum

cum Libris acta Scriptorum compaginata non raro cernes. Cujus rei, cetera legentibus id genus Volumina nota, opportunè satis ad institutum suum meminit laudatissimus jure Criticus M. Feijoo Epistola 18. Tom. 4. Accedit id pro Americanis Scriptoribus, vix in Europa notis, longè convenientius esse & utilius, in primisque Catholicae Ecclesiae splendorem & decus nonnullum conciliat, egregia nostratum facta referre pro Fide Catholica amplianda, & pietate fovenda, quae porro gesta minus sunt apud in Europa scribentes Historias obvia, imò nonnullis vix non videbuntur impossibilia. Nam (ut hoc occasione data monemus) fuerunt Europaei Scriptores tam de rebus nostris ignari, genitisque in America Hispanis Viris usque adeo infesti, ut pessimè de moribus nostris dijudicaverint, totique, qua late patet, Americae utrique turpitudinis notam, neutrquam tolerandam, inusserint. Quid enim non deblaterarunt impostores aliqui, qui terrarum Orbem pervagati, mendacia pro arbitrato suo cudunt, & scriptis in vulgus spargunt? Impudentissimi ut illi sunt, gameones ad unum Americanos omnes mentiuntur; mendaces, cunctisque sordibus deditos & flagitijs ubique praedicant; Virosque in primis Ecclesiasticos cujusvis Ordinis cane pejus & angue quoddam oderint, criminantur, & injurijs afficiunt. Hos inter veteratores nemini secundum habemus Franciscum Corral, aut eum qui ejus in Indias Occidentales peregrinationem Hispanicè scripsit, quae Gallicè edita est Parisijs anno 1722. Tomo enim primo tam splendida & insignia congestit mendacia

dacia pro dehonestandis praesertim Mexicanis viris & feminis, Ecclesiasticis etiam & Religiosis, ut pudeat tadeatque illa aut referre aut refellere, quae cordato cuique & Americae non ignaro bilem & stomachum movent. Sed abeat in malam Crucem homo maledicus, unaque cum ipso facessant convitatores alij, quibus, praeter argentum nostrum & aurum, Americanae sordent reliquae; qui ex sua natura nostros confingunt, & in veteris invidiam Orbis iniquissime vocant. At enim, inquit, F. Joannes à Ponte Vir eruditus erat & religiosus, qui tamen nullus dubitavit palam edere, caelum Americanum inconstantiam, lasciviam, & mendacium inspergere, quae apud Indias occidentis geniti notis sordescunt Indi & Hispani, solumque Americae herbis & metallis progredientis aptius esse quam hominibus generandis, qui, ut optimum etiam semen, agri, cui committitur, vitio, sensim ab insita virtute desciscit, ab Hispanis ingenuis & bene moratis parentibus defleunt & deficiunt. Ita quidem habet Author is candore animi laudabilior quam eruditione ac judicio. De quo non inficetus esset qui diceret, caelum unam derurpasse & Americanos, quos & spurcitiam & alia scelera à caelo haurire facili negotio crediderit. Insignem porro dixeris Virum, & egregie de nostris Indigenis meritum, deque Summis Ecclesiae Pontificibus & Hispaniarum Regibus, id genus hominum libidine, inconstantia, mendacio sordentium, & ab avita stirpe degenerum, Ecclesijs & Republicae saepe numero praesicientibus & laudantibus. Valeat igitur bonus Vir, & haustas ab

impostoribus fabellas effuiat, quas circumspecti qui que explodunt & cachinis excipiunt. Certè si aliquorum, qui in America nati fuere, navos in Nationem universam fas esset refundere, nulla sanè toto Orbe terrarum gens esset à libidinis nota & cœterorum criminum experts. Ubi enim isthæc hominum portenta non sunt? Hanc ob rem Solorzanus & Murillo Joannem à Ponte non audiendum existimant, nec item suffragantur Josepho de Acoſta, minus quam oporteret cautè de Hispanis in America genitis scribenti, cujus, & aliorum, si qui sunt, sinistra de nostratibus edocentium, suspectum testimonium esse Murillus docet, forsanique à simulatibus & æmulatione natos inter in Europa & America ortum habere. Magni verò faciendum esse Murillij hac in parte iudicium ij pronuntiabunt, qui ab ejus Historica Geographiâ didicerint, Virum ipsum fuisse non nimis Americanis nostris devotū, de quibus haud consultissimè aliqua scripserit, quæ præterita faciamus, ne, quod dicitur, extra oleas feramur. Sed de his satis pro extremo quod objici in Bibliothecam nostram poterit capite.

Hæc ut visa sunt nobis digna animadversione, errata pro tenuitate facile Opus ingressa plurima, ab eruditis credimus condonanda, boni & æqui ducentibus studium in gentem nostram & Minervam Mexicanensem pessimè ab Decano Atonensi tractatam, secusque ac Europæi sapientissimi & gravissimi ipsam habuerint. Ad extremum lectores monitos volumus, Bibliothecam nostram hausisse quidem Scriptores Americæ Mexicanæ,

at non exhaustisse, plurimi enim adjiciendi erunt cum ex antiquioribus, tum è recentioribus, editis & ineditis. Quòd enim nullo adhibito Operis & laboris socio id aggressi fuerimus, & ad præsens usque ducamus, novis accedentibus, quæ distringunt nos, negotijs quotidianam operam exposcentibus pro ministerijs nostris gerendis, afflictiorique valetudine indies urgente, integrum non fuit nobis Archivia, quæ sunt reliqua, perlustrare, & myrothecis scrutandis insistere, ijs contenti quæ pridem evolveramus, verentes scilicet, ne absolutissimum & locupletissimū Opus molientes, nullum tandem daremus, resque prorsus infecta maneret. Certè è voto successisset nobis atque sententia, prædivitemque Bibliothecam nostram exponeremus, si majora nobis otia nacti pro ipsa amplificandâ, ulterius vestigare & inquirere potuissemus; quamvis exploratum cerrumque habeamus, plurima, & levi servanda cupressu, Opera Mss irreparabili jactura evanuisse, furto sublata, & minus quam oporteret cautè ac sollicitè custodita, illis præcipuè temporibus, in queis exhaustâ papyro, ut multoties accidit, sero ad nos appellentibus navibus Europæis, deficientibusque chartis puris, manu exarata plurimi vœniunt, & applicantur illiberalibus usibus ac despectis, subindeque & Archivia & Bibliothecæ, & id genus alia sæpe expilata fuere, & nobilissima parte imminuta, in flammæque & fumum abierunt Libri quam plures publicâ dignissimi luce, atque in crepitacula papyracea quæ optimè apud sapientes audirent Volumina. Hanc scilicet ætate nostra fortunam Clarissimorum Scrip-

ta Virorum sunt passi, quæ tablinâ multa diu impleverant. Solvimus itaque, utut possumus, fidem datam, Bibliothecamque sistimus Mexicanam, quam, & nosmet ipsos Catholicæ Ecclesiæ Romanæ ex corde subijcimus, & sapientum itidem Virorum censuræ, qui etsi noverint aliqua ( admodum pauca ) à nobis recensita Opuscula S. Inquisitionis jussu expurgata, historicè dicent scribentis esse, cuncta ad institutum suum pertinentia tradere, quin propterea ijs calculum adjiciat, quæ improbata à Superioribus fuerint.

Sed priusquam hinc abeamus, Eruditos nostros rogatos volumus, suum ut quisque in Opus commune symbolum dignetur afferre, certos nos de ijs facientes Opusculis, editis aut ineditis, quæ vel apud se habent, vel alicubi esse, aut aliquando fuisse certò dignoverint, queis unà cum Authoribus suis opportuna subsellia dabimus, eorum à quibus id officij receperimus, ut par est, memores, grati adversus ipsos animi significatione palam exhibitâ, pro ut hactenus fecimus, ijs præsertim qui à nobis per litteras requisiti, suis nos Syllabis sunt dignati, passim commemoratis.

## Protestatio Authoris.



QUM S. D. N. Urbanus Papa VIII die 13 Martij anno 1625 Decretum ediderit, idemque confirmavit die 5 Julij anno 1634 quo inhibuit imprimi Libros hominum, qui Sanctitatis seu Martyrij fama celebres è vita migraverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus sine ea impressa sunt, nullomodo vult censerî approbata; Idem autem Sanctissimus die 5 Junij anno 1631 ita explicuerit, ut nimirum, non admittantur elogia Sancti vel Beati absolute, & quæ cadunt super Personam, bene tamen ea, quæ cadunt super mores & opinionem, cum Protestatione in principio, quod ijs nulla adsit autoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes

Au-

*thorem:* Huic Decreto, ejusque Confirmationi & Declarationi observantiâ ac revetentiâ, qua par est, insistenti, profiteor, me haud alio sensu quidquid in tota hac Bibliotheca Mexicana refero aut attingo, quod materiam concernit in prædictis Decreto & Declaratione ac Confirmatione contentam, accipere, & accipi ab ullo velle, quam quo ea solent, quæ humana duntaxat autoritate, non autem Divina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

BI-



OTHECA  
MEXICANA.

Reseñas Biográficas.

**JOSE FLORES**, natural de la Chiapa, doctor en medicina, se formó y enseñó en una universidad de Guatemala tres cátedras americanas. La primera representó un escudero llamado, la mitad con los brazos desnudos, y la otra cubierto de serrios y fajas. La segunda representó un escudero, malado con muchas llagas sobre los hombros, que se desarmaron con el tiempo. La tercera es una figura humana perfecta, cuyo cabeza y vistado se refiere al pasado, y escrito de unas letras que se están en América, pueblo de Centro América, como espeluzno de un escudero el escudero. Fue reconocido con el título de médico de cámara del rey, y de profesor en su país.

**PEDRO LAZ VAZCONCELOS**, nació en México, y aunque perdió la vista en la temprana edad de seis años, fue educado como tal, y doctor, floreció en medicina y enseñó en las escuelas de la Plaza y Alameda, y los bibliotecarios Pontificia y de la Universidad de México. Hizo oposición de las cátedras de medicina y de leyes, y tuvo otros libros, oposición de las cátedras de la Universidad de su patria. Este fue autor de varios alegatos y defensas legales, que se publicaron en un manuscrito. Lic. Alonso Alvarez, famoso jurista.

**JUAN ALVAREZ**, también mexicano, fue de los que tan pronto se dio a la imprenta. Después enseñó la Filosofía y Teología, y llegó a ser de número en la Provincia de la Visitación de sacerdotes de la Mascal. Había servido de prelado con mucha honra en Atlixco, Puebla y México, cuando perdió el juicio de resultas de su tenacidad en el estudio, al ser que de un tiempo se retiró al país del extranjero. Ya iba á morir, pero se le volvió la salud, y se le volvió el juicio, de modo que pudo continuar en el estudio y en sus ocupaciones literarias, como dice antes y en un libro de Chicoma y dos en 17 de Diciembre de 1822, escrito de sus dominios y de los libros.

**CATARINA DE SAN JUAN**, fue religiosa del Gran Mesón, llamada Sierra en la juventud, cuyo padre de un párroco, a quien la cónyuge en el convento de Manila, que la trajo á España y volvió al español Miguel Rosa, veneciano Perla. Después cambió en el convento de los Padres de San Juan, que pertenecía por la Madre María de Jesús Topilla, cuyos virtuosos eran declarados en grado heroico. Fue una santa en la Puebla, y su cuerpo fue consagrado por canonización, recibiendo privilegios de la Iglesia de la Compañía, en cuya sacristía se sepultó, y á poco después en los libros de la Puebla, que se publicó, y á poco después en los libros de la Puebla, que se publicó, y á poco después en los libros de la Puebla, que se publicó.

**BARTOLOME SANCHEZ PAREJA**, fue natural de Lima, doctor en Teología, y fue doctor en medicina de la universidad de México. Desempeñó su cargo de maestro de escuela, y de maestro de escuela. Hizo oposición de las cátedras de medicina y de leyes, y tuvo otros libros, oposición de las cátedras de la Universidad de su patria. Este fue autor de varios alegatos y defensas legales, que se publicaron en un manuscrito. Lic. Alonso Alvarez, famoso jurista.

tes, duce in clyto viro laudeque onni maiore, FERDINANDO CORTIZO, Mexicum Primariam vastissimi Imperij Urbem toto celeberrimam Mundo, opibus, civibus, d-

-ivib

licijs, temperic, ædificijs, tunc quidem temporis, maximam partem, super aquas solide affabreque constructis, nobilissimam, atque ut JOANNES HENRICUS ALSTEDIUS scribit, totius Orbis maximam, incredibili penè robore, decumanis laboribus, inflicti accepsitque valneribus, ac multo hinc inde fusso sanguine subegerunt, Prima illis Religionis cura cum esset, divinaque amplificanda gloria cogitatio pleuroque, atque in primis CORTEZUM teneret, nullum non moverunt lapidem, ut innumeris prope modum Indis tenebris hæcenus idololatriæ circumseptis veræ fidei lucem affunderent, sacroque initiatos lavacro ad mores Christiani dignos hominibus, atque ad omnem simul humanitatem esformarent.

A

2 Hac